



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XI. Vt episcopus nullam ignaviam ad distringendum habeat; & si necesse fuerit, ab aliis adiuuetur episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

mater, aut soror, aut filia: quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum dignoscitur subiecta dominatui. Si quis episcopus, aut presbyter, seu diaconus, aut subdiaconus, de hac re statuta patrum, vel nostra, temerare præsumperit, excommunicetur.

ANNO
CHRISTI
567.

X I.

Si quis episcopus ad distringendum eos qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, sicut in ipsa sancta basilica est publice recitatum, ex consensu communi atque totius populi, sententiam prædecessorū Canonum se incurrere omnino cognoscat: sic tamen, ut tam metropolitanus suis comprouincialibus, quam comprouinciales metropolitano suo, si resistere aut contemnere episcopum clerici sui præsumperint, dent omnino solatium. Et quia dixit sancta scriptura, *Frater fratrem adiuuans exaltabitur*; quicumque pro causa Dei fratri suo solatium commonitus dare distulerit, usque ad Synodum remoueatur. Nam si episcopus se contemnentiens, fratres suos in solatium suum non commonuerit, ipse sciat qualiter reddat Domino rationem.

Pron. 18.

X II.

Episcopus coniugem ut sororem habeat, & ita sancta conuersatione gubernet domum omnem, tam ecclesiasticam, quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaqua ratione confurgat. Et licet, Deo propitio, clericorum suorum testimonio castus uiuat, quia cum illo tam in cella, quam ubicumque fuerit, sui habitent, eumque presbyteri & diaconi, vel deinceps clericorum turba iunio-